

Comiti de Brienne.  
per Vlachs.

Illustrissimo Comiti de Brienne  
C. Hugonius a Zulichem.

172

(487).

S. P.  
Libellum Regi offerendum Collegæ Tuo Tellerio, hic  
homo traditurus est. Summa negotij turbula sunt  
ad Rhodanum super nata, circa Principi mei recti-  
galia: Ea res cum feratur, non spectare tuam  
administrationem, semel Zulichemio licuit Brienne  
suo non obstrepere. si tamen te presentis negoti-  
um istud agitari sentias, fane te quasso, et Justitia, et  
quod solet, mihi perquam immerenti. Vale Lutetiae  
VI. Id: Sept: MDCLXXII.

Eidem:

(488).  
Accesse epistolo salutatum volui ante biduum. At  
in S. Germani non es inventus, neque, ut suspicor  
Lutetiae ab Hugonio inveniri amas. Proinde de officio  
desino, quo usque per te licet, chartulis te meis fatigo.  
et hæc quidem meo et filiorum nomine gratias habeo  
quas temper debi tui sumus, pro insigni munere, quo  
nos te beatos voluisti. In illo et effigiem tuam  
exosculor, quâ te sic referri iudico, ut non orum  
ovo melius. Deinde et candorem laudo, quo nec con-  
suetam Batavi lectorem passus es nescire. Vale vir  
Eximie, et si quid rei incurrat quod interesse meâ ut  
sciam sentias, memor esto languentis amici. Lutet.  
III. Id: Sept: MDCLXXII.

Lomenio.

Illustrissimo Lomenio.  
Zulichemius  
S. P.  
et felicissimum adventum.

(489).

Qui excidisse mihi meum Lomenium audeat proloqui,  
injurius est; neque alio me teste munio, quam infelicis  
filii afflictissimo parente. Parabam longius hunc sermonem  
provehere, nec sine stomacho, semper illud animo volutans  
quod, cum postremum te amplecterer, abeunti in mentem  
simul et buccam venit.

Exul es, et vix, Lomeni, charissime rerum

Hic ubi non sine te vivere vita fuit

Te sine morte ipsa est!

Cum ecce, aius nunc viciniam occupasti Alarivius me in  
terrum pit, et ad Chebrosam meam quoque viciniam ducturum  
Cogor itaque desinere, et hoc, verbo, polliceri, evolutu-  
rum me Lutetiam propediem, ut te amplectar, et hoc  
ipso amplexu me ulciscar. Vale VI. Id: Jan: MDCLXXIII.

Lomenio